



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

c. 19. Cum secundum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

pis, quin & ipsi auctoritate ordinaria, vel delegata (si habent) in codice procedere valeant, nolumus derogari. Verum ut dictum inquisitionis negotium efficacius, melius utiliusque procedat: cōcēdimus, quod per Episcopos ipsos, & per Inquisidores de facto eodem inquireat communiter, vel diuīsim, & si diuīsim processerit, teneantur sibi inuicem communicare processus, ut per hoc possit melius ueritas inueniri: & nisi hoc casu Inquisidores in sententiā prolatione dicēsanis vel econtra duxerit deferendum, per utrosq; simul sententia proferatur: in qua ferenda, si nō conuererint, per utrosque negotium sufficiēter instrūctū ad sedem Apostolicam remittatur. Sine autem ordinaria, sive delegata Episcopi potestate procedant: illum in procedendo modum obseruent, quem Inquisidores possunt, & debent per iura cōmūnia, vel per speciales concessions seu ordinationes Sedis Apostolicę obseruare.

## Idem.

*Episcopis, & Inquisitoribus heresis non resistat sed omnino parcant Domini temporales: & de eo crimen non cognoscant: alias prout dicitur hic, puniuntur, hoc dicit secundum Zen.*

## C A P. XVIII.

† Vide Eym.  
3. p. q. 35. &  
alii multis,

**V**T Inquisitionis negotium contra hæreticām prauitatem ad Dei gloriam, & augmentum fidei nostris temporibus prospēre tur, leges quasdam per Federicum olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romānō persistēt Ecclesię promulgatas, quatenus Dei, & Ecclesię sanctę suę honorē promouent, & hæreticorum exterminium prosequuntur, & statutus canoniciis non obſistunt) & approbantes, & obſeruari volētes, vniuerso ſeculi potestates, & Dominos temporales, ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorumque locorum rectores, quibuscunquę dignitatibus vel officijs aut nominib. cōſearunt, requirimus, & monemus, vt ſicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defenſione fidei dicēsanis Episcopis, & Inquisitoribus hæreticę prauitatis a Sede Apostolica deputatis, aut in posterum deputandis, parcant, & intendant in hæreticorum, credētium, fautorum, receptatorū, & defensorum ipſorum inuestigatione, captione ac custodia diligenter, cum ab eis fuerint requisiiti, & vt præfatas personas peſtiferas in potestate ſeu carcerem Episcoporum, aut Inquisitorum dicētorum, vel ad locū, de quo ipſi, vel aliqui ex eis mandauerint, intra eorūdem dominorum potestatē, vel rectorum diſtrićtū ducant, vel duci faciant sine mora ubi per viros catholicos a præfatis Episcopis, seu Inquisitorib. vel eorū aliquo deputatis sub arcta, & diligenter custodia teneantur donec eorum negotium per Ecclesię iudicetur, minetur. Vtq; de hæreti a dicēsanō Episcopo vel Inquisitore ſeu Inquisitoribus condemnatos præfati potestates, Domini temporales, ſue rectores, vel eorum officiales, ſeu nuntij ſibi reli-

A etos statim recipiant indilatē, animaduersione debita puniendos: non obſtanibus appellacioni bus, † ſcu proclamationibus prædictorum nequitia filiorum: cum tam ſecundum ordinationem prædeceſſorum noſtrorum, quam ſecundum legem Imperialem appellationis, & proclamationis beneficium expreſſe ſit hæreticis, & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictū Prohibemus † quoq; distituti potestatib. dominis tem poralibus, & rectoribus corundemque officialibus ſupradictis, ne ipſi de hoc crimen (cum mere ſit Ecclesiasticū) quoq; modo cognofcant, vel iudicent, ſive captoſ pro eodem crimen ablique dicētorū Episcoporum, ſive Inquisitorum aut ſaltē alterius corundem licentia, vel mandato a carcere liberent aut executionem ſibi pro huicmodi crimenē a dicēsanō vel Inquisitoribus, ſeu Inquisitore in iunctam, prōpt̄ prout ad ſuum ſpectat officiū facete ſeu adim pliere detracēt, vel alias dicēsanōrum, aut Inquisitorum iudicium, ſententiam ſeu processum direcēt, vel indirecēt impediſt prafumant. Si quis vero de prædictis potestatib. de minimis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, ſeu balliuſ contra praedicta fecerit, aut præfato fidei negotio ſæpeſatis dicēsanō episcopo vel Inquisitoribus incumbenti, ſe oponere forte prafumpferit, vel ipſum aliquatenus impe direcēt, & qui ſcienter in prædictis dederit auxilium, confiſum, vel fauorem, excommunicatione ſe uocerit mucrone pereſum: quam ſi per annum animo fuluiuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condemnetur.

## Idem.

*Bona hæreticorum ipſo iure ſunt cōfiscata: quod probatur tripli argumento legali. Sed apprebiſio bonorum fieri non debet per dominum ſecularem, niſi prius pronunciatum fuerit ſuper crimen, per iudicem Ecclesiasticum, qui hoc poſſit. Ioaan. And.*

## C A P. XIX.

**G**VM ſecundum leges ciuiles nefarias, naturā contrarias incestas nuptias contrahētes, eos ipſo ſuarum dominium regum perdant: Et mulier humanam legem trahēt, eosq; parentibus ſuis non cōgregiens (& præfertim) parentibus ſuis non conſentientibus) raptoris nuptias eligens, bona omnia, quæ per legem ſibi obtulerant a raptore, ac alijs conſortib. rapti, ipſo iure amittat: certoq; caſu deterantur in fiscum. Ac etiam illicitas species transluſchens: Aut terum dicētarum profellio nein omittens, carūdem ſpecierum, & rerū proprietate hoc ipſo prouetur, & fisco rerum, & ſpecierum dicētarū proprietas acquiratur: Bona hæreticorum (qui grauius, horribilius, ac detestabilius, quam prædicti delinquunt) ipſo iure de fratribus noſtrorum cōſilio decernimus confiſcata. Confiſcationis tamen humiſodi execuſio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per prin-

Principes, aut alios dominos temporales (juxta  
Gregorij Papæ predecessoris nostri declaratio-  
nem) antequam per Episcopum loci vel aliam  
personam ecclesiasticam, quæ super hoc habeat  
potestatem, tententia super eodem criminis sue  
rit promulgata.

*Idem.*

In causa heresis proceditur simpliciter, et de pla-  
no, et dicta testium, et accusatorum non publicatur,  
sepericulum timeatur. hoc dicit, secundum Zen.

C A P. XX.

**S**TATUTA quædam felicis recordatio-  
nis Innocentij, Alexandri, & Clementi  
nis predecessorum nostrorum quibusdam  
declaratis, & additis recensenter: concedimus, quod in Inquisitionis hereticæ prauitatis  
negotio procedi possit simpliciter, & de plano,  
& absque adiutorum ac iudiciorum strepitu,  
& figura. Iubemus tamen, quod si accusatoribus  
vel testibus, in causa hereticis interuenientibus, seu  
deponentibus (propter potentiam perlonarū con-  
tra quas inquiritur) videat Episcopus vel Inqui-  
sidores graue periculum imminere, si contingat  
fieri publicationem, & nominum eorum, ipsorum  
nomina non publicet, sed secreto coram diecesa-  
no Episcopo, vel eo absente, ipsius Vicario, quan-  
do Inquisidores procedunt: quod vero procedit  
Episcopus, coram Inquisitoribus, si haberi com-  
modè possit copia eoru[m], ac nihilominus si ue-  
Episcopus sive Inquisidores processerint, aliqui-  
bus alijs personis prouidis, & honestis, iurisque  
peritis (quas ad hoc vacari, & eis per totū proce-  
sum super quo deliberandum est, seriose mani-  
festari, ac integraliter explicari, & de ipsorum con-

A filio, ad sententiam vel condemnationem proce-  
di volumus) exprimantur: sicq; (non obstante,  
quod illis, contra quos huiusmodi deposuerunt,  
nomina ipsorum non fuerint publicata) adhibea-  
tur ad cognitionem iudicis instruendam, plena  
fides depositionibus testium eorumdem. Et ut eo  
rundem accusatorum, & testium periculis, effica-  
cias occuratur, & cautius inquisitionis negoio  
procedatur, præsentis constitutionis auctoritate  
permittimus, quod Episcopus vel Inquisidores,  
secreta possint indicere illis quibus (vt præmis-  
sum est) processum huiusmodi explicabunt, & in  
B eos si arcana consilij, seu processus, sibi sub fecre-  
to ab eisdem Episcopis, vel Inquisitoribus patefa-  
cta preter eorum licentiam alijs patefecerint, ex  
communicationis sententiam, quæ ex secreti vio-  
latione ipso facto incurvant (si eis expedire vide-  
bitur) promulgare: sic tamen, quod Inquisidores  
Episcopum, vel Episcopus Inquisidores non ex-  
communicent hac de causa, sed ipsi ex iniuncto  
ex nunc a nobis sub uirtute sancte obedientie di-  
stricto præcepto ad secretum huiusmodi tenean-  
tur. Cessante & vero periculo supradicto, accusa-  
torum, & testium nomina (prout in alijs sit iudi-  
cij) publicentur. Ceterum in his omnibus præ-  
cipimus, tam Episcopos quam Inquisidores pu-  
ram, & prouidam intentionem habere, ne ad ac-  
cusatorum vel testium nomina, suppimedâ ybi  
est securitas, periculum esse dicât: nec in eorum  
discrimen securitatem asserant, ubi tale periculum  
imminaret, super hoc eorumdem conscientias one-  
rantes. Constitutiones vero, ordinationes, & man-  
data alia predecessorum nostrorum, in negotio  
hereticæ prauitatis facta, concessa, seu etiam ad  
consulta responsa, quæ constitutionibus supra-  
scriptis super eadem editis prauitate non obviēt,  
in suo volumus robore permanere.

<sup>† Eym. 3. p. q. 81.</sup>

<sup>† Vide Eym.  
3. p. q. 75. &  
que ibidem  
scripsimus.</sup>

<sup>† Cœcor. ter.  
in Cle. 1. §. ul  
timo de her.</sup>

## DECRETALES TITVL

### DE HÆRETICIS

#### IN CLEMENTINIS.

*Clemens V. in Concilio Vienensi.*

Premittit constitutionis causam. Jo. And.

C A P. I.

**V**LTORVM & quærela Sedis Apo-  
stolica pulsauit auditum, quod non  
nulli Inquisidores per sedē eandem  
contra prauitatem hereticam depu-  
tati, metas sibi traditas excedentes, sic  
interdum extendunt sua potestatis officium, vt  
quod in augmentum fieri, per circumspectam eius-  
dem Sedis vigilantiā, salubriter est prouisum  
(dum sub pietatis specie grauantur innoxij) ce-  
dat in infidelium detrimentum.

Ponit constitutionē, de officio Inquisitionis, exer-

cendo per diecesanos, & Inquisidores, primo po-  
nens quinque, que potest alter sine altero. Secundo  
tria, que non potest, & decretum apponit, submit-  
tens quomodo impeditus vel interesse nolens com-  
mittit alij vel consentit. Jo. And.

Propter quod ad Dei gloriam, & augmentū  
eiusdem fiduci, vt negotium Inquisitionis huius-  
modi eo prosperatus fodiūs, quo deinceps eius-  
dem labijs indago sollempnius, diligentius, & cau-  
tius perageatur: ipsum tam per diecesanos Epis-  
copos quam per inquisidores a Sede Apostolica  
deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore  
ac cuiuslibet commodi temporalis affectione le-  
motis) decernimus exerceri: Sic quod quilibet  
de prædictis sine alio citare possit, & arrestare si  
ue capere ac tutæ custodiae mancipare, ponendo  
etiam in compedibus vel manicis ferreis, si ei ui-  
sum

Quid possit  
Inquisitor si  
ne Episcopo,  
& viceversa.